



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 50. Continuata Protestantium rebellium Seditio in Hungaria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

ciæ Ministris secreta habuit colloquia, Sæc. XVII.
A. C. 1677.
quo comperto Hispaniæ Legatus, qui hucusque sibi satisfieri vehementer urgebat, a suo Rege Pontifici cedere iussus, eidem etiam omne obsequium præstitit. Ita demum ingens hoc dissidium, eo saltem tempore, sat manifeste ipso Deo pios Papæ conatus secundante, sublatum est, & Roma in novam veluti formam renovata eliminatis omnibus iis criminibus, quæ per impunitatem ex hisce asylis nutritam urbem fœdebant, re floruit. Sub idem tempus Apostolicus Papæ Nuntius Leopoldum Cæsarem Viennæ supplicatum adibat, ut Pontificis edictum abolito Legatorum asylo, sua quoque auctoritate firmare vellet, eo quod ob Palatiorum immunitatem Romæ ab exteris Legatis præsentam homicidiis, aliisque malis innumeris hucusque via fuisset aperta: Verum Cæsar huic privilegio sese penitus abdicare, adhucdum tergiversabatur.

§. L.

*Continuata Protestantium rebellium
seditio in Hungaria.*

Quamvis Calvinistæ in Hungaria antea non priori iterata clade a Zatzma-
riensi, & Kallensi obsidione repulsi fuissent, Theatr. Eur.
tom. II.
Godfrid.
Chron. cont.
l. 9. tom. 3.
pag. 225.

K 2

Sæc. XVII.
A.C. 1677.

sent, & Balassus Imbre eorum Dux ob-
tenta Cæsaris venia a rebellium signis
recessisset, nihilominus hoc item anno
Hungariam majore, quam unquam
furore devastare continuarunt, Turco-
rum Gallorumque suppetiis firmati.
Nil intentatum reliquerat Imperator
ut seditiosos Protestantes clementer
non ferro ad obsequium revocare pos-
set: opportune etiam Franciscus A-
menix Episcopus ex Ordine FF. Pre-
dicatorum unacum quinque sociis ex
Persia Viennam venit, qui Cæsarem
de Persiæ Regis ac Catholicorum Pa-
triarcharum amicitia & auxilio certio-
rem reddidit, ipse etiam Sultanus mi-
sis Viennam Legatis Cæsari nuntiabat
quod ab omni hostilitate alienus, Ba-
densem Bassam, eoquod rebellibus
Hungaris opem tulisset, ibidem stran-
gulari, ac Gallos, qui Turciæ, Molda-
viæ & Valachix populos ad seditionis
societatem pellicere tentabant, ejus-
jusserit. Habuit etiam Viennæ Leo-
poldus Imperator inferioris Austriæ
& Hungariæ Procerum comitia, in quibus
Austriaci ne soli exactionum onere
ferre cogerentur, deinceps nulla im-
mobilia bona per donationes, testa-
menta, vel emptiones ad Religiosos
transferri petebant, Hungariæ vero
Proceres ad reducendos rebelles

consultius esse proponebant, nisi ut Sæc. XVII.
 temperata suppliciorum severitate im- A. C. 1677.
 posterum rebelles vivi palo per medium
 corpus adactò haud ultra suspenderen-
 tur. Ad horum igitur preces mox Im-
 perator Coppio Belliduci in mandatis
 dedit, ne amplius sævo hoc supplicii
 genere in captos rebelles animadver-
 teret. Enimvero oblata Cæsaris venia
 promissaque bonorum restitutione ac li-
 bero sectæ suæ exercitio, concessa in-
 super tam Lutheranis quam Calvinistis
 una in quolibet comitatu Ecclesia, pu-
 blicasque officii sine Religionis discri-
 mine obeundi facultate seditiosi ad sa-
 niora inclinassent consilia, nisi Bethu-
 nius Marchio Franciæ Orator e Polo-
 nia reversus, illos multo auro ad con-
 tinuandam rebellionem induxisset, nec-
 non jubente Rege Gallorum copias
 Ductore Bohano Comite, & sex Polo-
 norum nuper a signis dimissorum mil-
 lia in opem seditiosorum Cassoviensium
 adduxisset. His enim militum, auri-
 que suppetiis suffulti Calvinistæ, Cæsa-
 reos iterata clade repulerunt, ac in
 Hungariam superiorem irruentes, ferro
 & flamma totam circum regionem de-
 vastarunt, necnon pudenda crudelitate
 non modo in Viros sed & inermes puellas
 & mulieres desævierunt. Præterea
 Weselenius rebellium Ductor datis li-
 teris

Sæc. XVII teris Ragotsiam Principem, atque om-
A. C. 1677. nes superioris Hungariæ Comitatus sol-
licitabat, ut sua arma jungerent, ac
Germanos ex Hungariæ Regno expel-
lerent. Hujus epistolæ summa erat hæc
„Calamitatum memoriam, & remedi-
„necessitatem vobis exponere, super-
„vacaneum est, ad excitandos vestros
„animos sufficit, quod potentissimus
„quidam Rex vestra mala misertus, vo-
„a misera servitute duroque jugo libe-
„rare festinet: accurrite ergo ad signa
„vestrorum Commilitonum, qui bona
„patriam & familiam relinquere, quam
„propudioso jugo collum submittere
„maluerunt: meritis vestris parantur
„præmia, & congrua fidei stipendia
„honores & officia. Pro Religionis li-
„bertate, vestrisque privilegiis strenue
„certate, & brevi hostes vestros om-
„nino protritros, & vincula in palmas
„versa videbitis., Præterea Tarva-
lius Comes apud Transylvanos Fran-
ciæ Orator die trigesima Novembris
promulgato edicto Hungaros oblati-
militum stipendiis, factaque securitatis
præmii atque impunitatis pollicitatione
ad rebellium castra accersebat: Accur-
rerat equidem ad sedandos hosce tu-
multus Coppius Cæsareus Bellidux,
qui etiam Cassoviæ trecentos rebelles
palo affigi jussit, simulque Schmittius
alter

alter Cæsarei agminis Ductor Polonis Sæc. XVII.
A. C. 1677.
 die prima Octobris obviam processerat,
 ab his vero sub amicitiae obtentu delu-
 sus, dum rebelles trucidato Ferrentio
 eorum Duce incautius insequitur, a
 tergo instantibus fugam arripere co-
 actus est. Magis secundo successu Cop-
 pius Calvinianos rebelles, dum pari
 crudelitate Mungatianos excarnificare
 parabant, oppressit, ac quatuor Nobi-
 les, præcipuos rebellionis incentores
 infixo palo suspendi iussit. Auxit ni-
 hilominus rebellionis furorem Abasius
 Transylvaniæ Princeps: hic enim con-
 spirationem, qua ipsemet petebatur,
 tempestive quidem detexerat, a Cæsaris
 tamen Ministris conflatam ratus, palam se-
 se rebellium partibus addixit: Emericus
 quoque Töckelius cum bis mille arma-
 tis sese rebellibus adjunxit, quamvis au-
 tem hi exercitum viginti circiter millibus
 validum recenserent, præter excursio-
 nes tamen & rapinas nil tanto apparatu
 dignum exequabantur, donec perfidi
 Turcæ anno hujus sæculi octogesimo se-
 cundo ab eis stimulati omnes suas illis vi-
 res jungerent. Ceterum hic idem Arme-
 niæ Episcopus Vienna Romam venit,
 summo Pontifici referens, fidem Catho-
 licam in Persia magnis incrementis flo-
 rere, Armenorum Patriarcham se to-
 tum Sedi Apostolicæ subicere, spem-
 que

Sæc. XVII. que fore, ut ipsemet Rex parem submis-
 A. C. 1677. sionem professurus sit.

§. LI.

*Holsatiæ, & Hassiæ Principes ad
 fidem Catholicam reversi.*

*Kraus exem-
 pla Convers.
 pag. 281.
 Cimer. mem.
 mund.
 pag. 726.*

Cum interea Protestantes suam sectam non Evangelicæ veritatis gladio, sed rebellium armorum potentia in Hungariæ Regno stabilire niterentur, quinquaginta duo Prædicantes in Hungaria hoc anno a Calvini castris ad fidem Catholicam reversi sunt: insuper Deus in cujus manu sunt corda Regum, plures Principes in Germania a vera fide dudum devios ad agnoscendam sectæ falsitatem, & detestandos humani commenti errores impulit, atque inter eos præprimis Alexandrina Juliana Georgii III. Hassiæ Landgravii Vidua, ac postea Caroli Hassio - Rheinfelsiæ Landgravii Catholici Conjux die quarta Junii Calvini venenum publice evomit, ad Romanæ Ecclesiæ sinum reveria. Hanc jam antea præcefferat Georgius Christianus Hassio - Homburgensis Landgravius, qui non sine cælesti prodigio Bruxellis in Belgio hæresin, in qua enutritus erat, ejuravit, atque ex Acatolico zelosissimus fidei Catholicæ Defensor factus, hoc anno Francofordiæ

pien.